PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 130r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



malorum fui. Orate pro me ad dominum viri
sancti obsecrate pro me omnis plebs sanctorum
si forte miseriatur mihi deus si forte reci-
piat me. Si forte deleat peccatum meum
Si forte auferat iniquitatem meam. Si misericordiam
prestet mihi. Iratus enim est mihi nimis
Compleuit furorem suum in me. Implorate
pro me omnis chorus sanctorum. Effudit iram
indignacionis sue super me propter multi-
tudinem iniquitatis mee quia creuerunt
auersiones quia multiplicate sunt preuari-
caciones. Ve mihi quia consumptus sum
Ve mihi quia defecit anima mea. afflicta me-
rore contrita luctu extenuata gemitu
Quis miserebitur tui anima. quis conso-
latur te. quis dabit lamenta pro te. Mag-
na est sicut mare contricio tua. Afflictio tua
sicut pelagus seuiens. Dolor tuus sicut
fluctus tumens. Que tempestas non ir-
ruit super te. Que procelle non acciderunt
tibi. Omnes molestiarum omnis turbulen-
tissime tempestates super caput meum
sonuerunt. plena es fluctibus. plena es
tempestatibus anima. Vbi es custos. vbi es
animarum redemptor. Vbi es pastor cur spre-
uisti me. Cur auertisti faciem tuam a me
Vt quid longe factus es a me consolator
anime mee. Reuertere iam deus meus

130